

COMMUNICANTES et diem sacratissimum (*en la misa del gallo se dice: noctem sacratissimum*) celebrantes, quo (*qua*) beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorem: sed et memoriam venerantes, in primis ejusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et ...

Ps. 109: 3

IN splendóribus sanctorum, ex útero ante luciferum genui te.

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster: ut, qui Nativitatem Dómini nostri Jesu Christi mystériis nos frequentare gaudemus; dignis conversationibus ad ejus mereamur pervenire consortium: Qui tecum vivit et regnat.

COMMUNICANTES

Unidos en una misma comunión y celebrando el día sacratísimo (*en la misa del gallo se dice: la noche sacratísima*) en que la bienaventurada María, conservando su virginidad, dio al mundo el Salvador, veneramos la memoria, primer lugar, de la gloriosa siempre Virgen María, Madre mismo Dios y Señor nuestro Jesucristo; y también ...

COMUNIÓN

En los resplandores de los Santos, de mis entrañas te engendré, antes que el lucero de la mañana.

POSCOMUNIÓN

Te rogamos, Señor Dios Nuestro, nos concedas que, gozándonos de participar en los misterios de la Natividad de Nuestro Señor Jesucristo, merezcamos, por una santa vida, llegar a la perfecta unión con Él que contigo vive y reina.

PROPRIO DE LA MISA NATIVIDAD DE NUESTRO SEÑOR Misa de Medianoche

Ps. 2: 7, 1

DOMINUS dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Ps. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania? V. Gloria Patri.*

DEUS, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da, quæsumus; ut, cujus lucis mysteria in terra cognovimus, ejus quoque gaudiis in cælo perfruamur: Qui tecum vivit et regnat.

Titus 2: 11-15

CARÍSSIME: Appáruit grátia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erúdiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sóbrie et juste et pie vivámus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem et adventum glóriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetípsum pro nobis: ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundáret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere et exhortare: in Christo Jesu Dómino nostro.

INTROITO

El Señor me ha dicho: Tú eres mi Hijo, yo te he engredado hoy. Salmo. ¿Por qué se embrabecen las naciones y maquinan las naciones planes vanos? V. Gloria al Padre.

COLECTA

Oh, Dios, que hiciste resplandecer esta noche sacratísima con las claridades de Aquel que es la luz verdadera; dignate concedernos que, después de conocer en la tierra los misterios de su luz, disfrutemos también de sus goces en el cielo. Que contigo vive y reina.

EPÍSTOLA

Carísimo: Se manifestó a todos los hombres la gracia de Dios, Salvador nuestro, enseñándonos que, renunciando a la impiedad y a los deseos mundanos, viva-mos en este siglo sobria, justa y piamente aguardando la esperanza bienaventurada, y el advenimiento glorioso del gran Dios y Salvador nuestro Jesucristo, el cual se dio a sí mismo por nosotros, para redimirnos de todo pecado, y purificarnos para sí mismo como pueblo agradable, seguidor de buenas obras. Estas cosas predica y exhorta, en Jesucristo Señor Nuestro.

Ps. 109: 3, 1

TECUM princípium in die virtútis tuæ: in splendóribus sanctorum, ex útero ante lucíferus genui te. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Ps. 2: 7

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ.* Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie genui te. Allelúia.

Lúc. 2: 1-14

IN illo témpore: Exiit edictum a Cæsare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Hæc descriptio prima facta est a præside Sýria Cyríno: et ibant omnes ut profiteréntur, singuli in suam civitatem. Ascéndit autem et Joseph a Galilæa de civitate Náza-reth, in Judæam in civitatem David, quæ vocátur Béthlehem: eo quod esset de domo et familia David, ut profiterétur cum María desponsata sibi uxóre prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies ut páreret. Et péperit filium suum primogénitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversório. Et pastóres erant in regione eadé vigilantes, et custodiéntes vigílias super gregem suam. Et ecce Angelus Dómini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfúlsit illos, et timéerunt timóre magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timére: ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo: quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Inveniétis infántem

GRADUAL

Contigo está el principado en el día de tu poderío en medio de los resplandores de los Santos; de mis entrañas te engendré antes que brillase el lucero de la mañana. Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por peana de tus pies.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ.* Señor me dijo: Mi Hijo eres tú: yo te he engendrado hoy. Aleluya.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Se promulgó un edicto de César Augusto, mandando empadronarse a todo el mundo. Este primer empadronamiento fue hecho por Cirino, gobernador de Siria. Y todos iban a empadronarse, cada cual a la ciudad de su estirpe. José pues, como era de la casa y familia de David, subió desde Nazaret, ciudad de Galilea, a la ciudad de David, llamada Belén, en Judea, para inscribirse con su esposa María, la cual estaba encinta. Y estando allí, aconteció que se cumplieron los días del parto. Y dio a luz a su Hijo primogénito, y lo envolvió en pañales, y lo recostó en un pesebre; porque no quedaba lugar para ellos en el albergue. Había unos pastores, en aquellas cercanías, que estaban vigilando durante la noche guardando su ganado; cuando he aquí se puso junto a ellos un Angel del Señor, y la claridad de Dios los cercó de resplandor, y tuvieron gran temor. Pero díjoles el Angel: No temáis, porque vengo a anunciaros un grande gozo, que lo será también para todo el pueblo: y es, que hoy os ha nacido el Salvador, que es el Cristo Señor, en la ciudad de David. Esta será para vosotros la señal:

pannis involutum, et positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, et dicentium: Glória in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Ps. 95: 11, 13

LÆTENTUR cœli, et exsultet terra ante faciæm Dómini: quóniam venit.

ACCÉPTA tibi sit, Dómine, quæsumus, hodiernæ festivitatis oblatio: ut, tua grátia largiente, per hæc sacrosancta commércia, in illius inventiamur forma, in quo tecum est nostra substantia: Qui tecum vivit et regnat.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militiæ cœlestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cāimus, sine fine dicentes:

Hallaréis al Niño envuelto en pañales, y puesto en un pesebre. Y de pronto apareció con el Angel un ejército numeroso de la milicia, celestial, alabando a Dios y diciendo: ¡Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad!

OFERTORIO

Alégrense los cielos y regocíjese la tierra ante la faz del Señor, porque ha venido.

SECRETA

Que te sea agradable, oh Señor, nuestra oblación en la festividad de este gran día, para que mediante la generosidad de tu gracia, podamos, en virtud de este intercambio sacrosanto, revestir la forma de aquél a quien está unida nuestra sustancia. El cual contigo vive y reina los siglos.

PREFACIO DE NAVIDAD

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, pues por el misterio del Verbo ha brillado a los ojos de nuestra alma un nuevo resplandor de, tu gloria, para que, conociendo a Dios bajo una forma visible, seamos atraídos por el amor de Las cosas invisibles. Y por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar: